posse; illius excetrae¹ delenimentis et venenis imbutum nec parentis nec vitrici nec deorum verecundiam habere. Iurgantes hinc mater, hinc vitricus cum quattuor eum servis domo exegerunt. Adulescens inde ad Aebutiam se amitam contulit, causamque ei, cur esset a matre eiectus, narravit, deinde ex auctoritate eius postero die ad consulem Postumium arbitris remotis rem detulit. Consul post diem tertium redire ad se iussum dimisit; ipse Sulpiciam gravem feminam, socrum suam, percunctatus est, ecquam anum Aebutiam ex Aventino nosset. Cum ea nosse probam et antiqui moris feminam respondisset, opus esse sibi ea conventa dixit: mitteret nuntium ad eam, ut veniret. Aebutia accita ad Sulpiciam venit et consul paulo post, velut forte intervenisset, sermonem de Aebutio fratris eius filio infert. Lacrimae mulieri obortae et miserari casum adulescentis coepit, qui spoliatus fortunis, a quibus minime oporteret, apud se tunc esset, eiectus a matre, quod probus adulescens—dii propitii essent—obscenis, ut fama esset, sacris initiari nollet.

XII. Satis exploratum de Aebutio ratus consul non vanum auctorem esse, Aebutia dimissa socrum rogat ut Hispalam indidem ex Aventino libertinam, non ignotam vicinia, arcesseret ad sese: eam quoque esse quae² percunctari vellet. Ad cuius nuntium

¹ excetrae *ed. Frobeniana* 1531: exterae 5.

² quae *ed. Frobeniana* 1531: quam 5.

¹ The prayer is due to the fear that the compliment might provoke the jealousy of the gods.

enchancements and poisons of that vampire, he had no respect for his mother or his stepfather or yet the gods. Berating him thus, his mother on one side, his stepfather with four slaves on the other, drove him from the house. The young man thereupon went to his aunt Aebutia and explained to her the reason why his mother had driven him out, and on her recommendation the following day reported the affair to the consul Postumius with no witnesses present. The consul sent him away with instructions to return the third day; he himself asked his mother-in-law Sulpicia, a woman of high character, whether she was acquainted with an elderly woman, Aebutia, from the Aventine. When she replied that she knew that she was a virtuous woman of the old style, he said that he felt the need of an interview with her: Sulpicia should send her a message to come. Aebutia, summoned by Sulpicia, came, and a little later the consul, as if he had come in by chance, brought in an allusion to Aebutius, the son of her brother. Tears flowed from the woman's eyes, and she began to bewail the fate of the young man who was robbed of his estate by those who should least of all have treated him thus, and who was then at her house, driven from home by his mother because the virtuous youth—might the gods be gracious¹—refused to be initiated into rites which, if reports were to be believed, were full of lewdness.

XII. The consul, thinking that he had learned enough about Aebutius to trust his story, sent Aebutia away and asked his mother-in-law to summon to her Hispala, also from the Aventine, a freed-woman and no stranger in the neighbourhood: he wished to ask her also certain questions. Hispala,

c. 3
 3 perturbata Hispala, quod ad tam nobilem et gravem
 feminam ignara causae arcesseretur, postquam lic-
 tores in vestibulo turbamque consularem et consulem
 4 ipsum conspexit, prope exanimata est. In interio-
 rem partem aedium abductam socru adhibita consul,
 si vera dicere inducere in animum posset, negat
 5 perturbari debere; fidem vel a Sulpicia, tali femina,
 6 vel ab se acciperet; expromeret sibi, quae in luco
 Stimulae¹ Bacchanalibus in sacro nocturno solerent
 7 fieri. Hoc ubi audivit, tantus pavor tremorque
 omnium membrorum mulierem cepit, ut diu hiscere
 8 non posset. Tandem confirmata puellam admodum
 se ancillam iniciatam cum domina ait: aliquot annis,
 9 ex quo manumissa sit, nihil quid ibi fiat scire. Iam
 id ipsum consul laudare, quod iniciatam se non in-
 fitiaretur: sed et cetera eadem fide expromeret.
 10 Neganti ultra quicquam scire, non eandem dicere, si
 coarguatur ab alio, ac per se² fatenti veniam aut
 gratiam fore; eum sibi omnia exposuisse, qui ab illa
 audisset.

XIII. Mulier haud dubie, id quod erat, Aebutium
 indicem arcani rata esse, ad pedes Sulpiciae procidit,
 2 et eam primo orare coepit, ne mulieris libertinae cum
 amatore sermonem in rem non seriam modo sed capi-

¹ Stimulae *Gronovius*: simili et simulae et simul 5.

² per se *ed. Moguntina*: om. 5.

¹ Stimula is identified with Semele, the mother of Bacchus. The name is obviously appropriate. The grove was near the Tiber and the Aventine.

alarmed by her message, because without knowing B.C. 186
the reason she was summoned to so important and respected a woman, when she saw the lictors in the vestibule and the consul's retinue and the consul himself, almost swooned. Conducting her into the inner part of the house, with his mother-in-law present, the consul told her that if she could bring herself to tell the truth she had no cause to feel alarmed; she would receive a pledge either from Sulpicia, a woman of such standing, or from himself; she should state to them what rites were usually performed in the nocturnal orgies at the Bacchanalia in the grove of Stimula.¹ When she heard this, such fear and trembling seized the woman in all her limbs that for a long time she could not open her mouth. Being at length restored, she said that when quite young and a slave she had been initiated with her mistress; that for many years after her manumission she had known nothing of what went on there. Then the consul praised her on this ground, that she had not denied that she had been initiated; but she was to tell, under the same pledge, the rest as well. When she insisted that she knew nothing more, he told her that she would not receive the same forgiveness or consideration if she were convicted by the evidence of someone else as if she had confessed of her own accord; the man, he added, who had heard it from her had told him the whole story.

XIII. The woman, thinking without a doubt, as was indeed the fact, that Aebutius had revealed the secret, threw herself at the feet of Sulpicia, and at first began to plead with her not to try to turn the chatter of a freedwoman with her lover into something that was not merely serious but even fatal:

talem etiam verti vellet: se terrendi eius causa, non
 3 quod sciret quicquam, ea locutam esse. Hic Postu-
 mius accensus ira tum quoque ait eam cum Aebutio
 se amatore cavillari credere, non in domo gravissimae
 feminae et cum consule loqui. Et Sulpicia attollere
 paventem, simul illam ¹ adhortari, simul iram generi
 4 lenire. Tandem confirmata, multum incusata per-
 fidia Aebutii, qui optime de ipso ² merita talem
 5 gratiam rettulisset, magnum sibi metum deorum,
 quorum occulta initia enuntiaret, maiorem multo
 dixit hominum esse, qui se indicem manibus suis
 6 discerpturi essent. Itaque hoc se Sulpiciam, hoc
 consulem orare, ut se extra Italiam aliquo able-
 garent,³ ubi reliquum vitae degere tuto posset.
 7 Bono animo esse iubere eam consul et sibi curae fore
 8 dicere ut Romae tuto habitaret. Tum Hispala
 originem sacrorum expromit. Primo sacrarium id
 feminarum fuisse, nec quemquam eo virum admitti
 solitum. Tres in anno statos ⁴ dies habuisse, quibus
 interdium Bacchis initiarentur; sacerdotes in vicem
 9 matronas creari solitas. Pacullam Anniam Cam-
 panam sacerdotem omnia, tamquam deum monitu,
 immutasse: nam et viros eam primam filios suos
 initiasse, Minium et Herennium Cerrinios; et noc-
 turnum sacrum ex diurno, et pro tribus in anno
 diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse.

¹ illam τ : etiam *M*.

² de ipso *Madvig*: in eo ipso τ .

³ ablegarent τ : amandarent *M*.

⁴ statos *Gelenius*: statutos τ .

¹ One thinks of the *Bacchae* of Euripides.

she had spoken thus for the purpose of frightening him, not because she knew anything. At this point Postumius, inflamed with wrath, said that she believed even then that she was jesting with her lover Aebutius, and not speaking in the house of a most respectable matron and in the presence of a consul. Sulpicia too lifted up the terror-stricken woman, and at the same time encouraged her and mollified the anger of her son-in-law. At length regaining her self-control, and complaining much of the treachery of Aebutius, who had returned such gratitude to one who deserved so well of him, she declared that she feared greatly the wrath of the gods whose hidden mysteries she was to reveal, but far more the wrath of the men who would, if she informed against them, with their own hands tear her limb from limb. Accordingly she begged Sulpicia and the consul that they would banish her somewhere outside Italy, where she could pass the rest of her life in safety. The consul bade her be of good cheer and assured her that it would be his responsibility to see that she could safely live in Rome. Then Hispala set forth the origin of the mysteries. At first, she said, it was a ritual for women,¹ and it was the custom that no man should be admitted to it. There had been three days appointed each year on which they held initiations into the Bacchic rites by day; it was the rule to choose the matrons in turn as priestesses. Paculla Annia, a Campanian, she said, when priestess, had changed all this; for she had been the first to initiate men, her sons, Minius and Herennius Cerinius; she had held the rites by night and not by day, and instead of a mere three days a year she had established five days of initiation in every month.

10 Ex quo in promiscuo sacra sint et permixti viri
 feminis, et noctis licentia accesserit, nihil ibi facinoris,
 nihil flagitii praetermissum. Plura virorum inter sese
 11 quam feminarum esse stupra. Si qui minus patientes
 dedecoris sint et pigriores ad facinus, pro victimis
 immolari. Nihil nefas ducere, hanc summam inter
 12 eos religionem esse. Viros, velut mente capta, cum
 iactatione fanatica corporis vaticinari; matronas
 Baccharum habitu crinibus sparsis cum ardentibus
 facibus decurrere ad Tiberim, demissasque in aquam
 faces, quia vivum sulphur cum calce insit, integra
 13 flamma efferre. Raptos a diis homines dici, quos
 machinae illigatos ex conspectu in abditos specus
 abripiant: eos esse, qui aut coniurare aut sociari
 14 facinoribus aut stuprum pati noluerint. Multitu-
 dinem ingentem, alterum iam prope populum esse;
 in his nobiles quosdam viros feminasque. Biennio
 proximo institutum esse, ne quis maior viginti annis
 initiaretur: captari aetates et erroris et stupri
 patientes.

XIV. Peracto indicio advoluta rursus genibus pre-
 ces easdem, ut se ablegaret, repetivit. Consul rogat
 socrum ut aliquam partem aedium vacuum faceret

¹ The torches probably contained the elements mentioned in the form of a mixture of free sulphur and calcium sulphate, which is still to be found in Italy. A torch of this composition, if burning well, would not be extinguished by a brief or partial immersion in water, so that the Bacchanals could perform the feat mentioned if they were reasonably swift in their movements. Calcium sulphate will not burn; free elementary sulphur burns, and we should probably translate *vivum* as "free" or "elementary" and therefore "burnable." But it is rather remarkable that Livy, who was not a scientist, should have approached scientific fact so closely. I am indebted for this information to Dr. E. Ward Tillotson,

From the time that the ritès were performed in common, men mingling with women and the freedom of darkness added, no form of crime, no sort of wrongdoing, was left untried. There were more lustful practices among men with one another than among women. If any of them were disinclined to endure abuse or reluctant to commit crime, they were sacrificed as victims. To consider nothing wrong, she continued, was the highest form of religious devotion among them. Men, as if insane, with fanatical tossings of their bodies, would utter prophecies. Matrons in the dress of Bacchantes, with dishevelled hair and carrying blazing torches, would run down to the Tiber, and plunging their torches in the water (because they contained live sulphur mixed with calcium) would bring them out still burning.¹ Men were alleged to have been carried off by the gods who had been bound to a machine and borne away out of sight to hidden caves: they were those who had refused either to conspire or to join in the crimes or to suffer abuse. Their number, she said, was very great, almost constituting a second state; among them were certain men and women of high rank. Within the last two years it had been ordained that no one beyond the age of twenty years should be initiated: such ages could be involved in error and also were ready to permit abuse.

XIV. Having finished her testimony, again falling at their feet, she repeated the same prayers that they should banish her. The consul asked his mother-in-law to vacate some part of the house into

Assistant Director, and Dr. W. W. Duecker, Senior Industrial Fellow, both of the Mellon Institute of Industrial Research of the University of Pittsburgh.

quo Hispala immigraret. Cenaculum super aedes
 datum est, scalis ferentibus in publicum obseratis,
 3 aditu in aedes verso. Res omnes Faeceniae extemplo
 translatae et familia arcessita, et Aebutius migrare
 ad consulis clientem iussus.

Ita cum indices ambo in potestate essent, rem ad
 senatum Postumius defert, omnibus ordine expositis,
 quae delata primo, quae deinde ab se inquisita forent.
 4 Patres pavor ingens cepit, cum publico nomine, ne
 quid¹ eae coniurationes coetusque nocturni fraudis
 occultae aut periculi importarent, tum privatim suo-
 rum cuiusque² vicem, ne quis adfinis ei noxae esset.
 5 Censuit autem senatus gratias consuli agendas quod
 eam rem et cum singulari cura et sine ullo tumultu
 6 investigasset. Quaestionem deinde de Bacchanalibus
 sacrisque, nocturnis extra ordinem consulibus man-
 dant; indicibus Aebutio ac Faeceniae ne fraudi ea
 res sit curare et alios indices praemiis invitare
 7 iubent;³ sacerdotes eorum sacrorum, seu viri seu
 feminae essent, non Romae modo sed per omnia fora
 et conciliabula conquiri, ut in consulum potestate
 8 Italiam edicta mitti, ne quis qui Bacchis initiatus
 esset coisse aut convenisse sacrorum causa velit, neu
 quid talis rei divinae fecisse. Ante omnia ut quaestio

¹ ne quid *Gelenius*: quid τ .

² cuiusque *Doering*: quisque τ .

³ iubent τ : iubet *M*.

¹ The *cenaculum* was an apartment on an upper floor, with its own stairway to the street. In this house there was also a stairway to the inside of the house.

which Hispala might move. An apartment above the house¹ was assigned to her, the stairs leading to the street being closed up and an approach to the house arranged. All the household goods of Faecenia were at once moved and her slaves summoned, and Aebutius was directed to move to the house of a client of the consul.

When both witnesses were thus available, Postumius laid the matter before the senate, everything being set forth in detail; first what had been reported, then what he had himself discovered. Great panic seized the Fathers, both on the public account, lest these conspiracies and gatherings by night might produce something of hidden treachery or danger, and privately, each for himself, lest some relative might be involved in the mischief. The senate, moreover, decreed that the consul should be thanked because he had investigated the affair both with great industry and without creating any confusion. Then the investigation of the Bacchanals and their nocturnal orgies they referred to the consuls, not as a part of their regular duties; they directed the consuls to see to it that the witnesses Aebutius and Faecenia did not suffer harm and to attract other informers by rewards; the priests of these rites, whether men or women, should be sought out, not only at Rome but through all the villages and communities, that they might be at the disposal of the consuls; that it should be proclaimed in addition in the city of Rome and that edicts should be sent through all Italy, that no one who had been initiated in the Bacchic rites should presume to assemble or come together for the purpose of celebrating those rites or to perform any such ritual. Before all, it

de iis habeatur, qui coierint coniuraverintve, quo
 9 stuprum flagitiumve inferretur. Haec senatus de-
 crevit. Consules aedilibus curulibus imperarunt ut
 sacerdotes eius sacri omnes conquirerent, compre-
 hensosque libero conclavi ad quaestionem servarent;
 aediles plebis viderent ¹ ne qua sacra in operto fierent.
 10 Triumviris capitalibus mandatam est ut vigiliam dis-
 ponerent per urbem servarentque ne qui nocturni
 coetus fierent, utque ab incendiis caveretur; adiu-
 tores triumviris quinqueviri *uls cis* ² Tiberim suae
 quisque regionis aedificiis praeessent.

XV. Ad haec officia dimissis magistratibus consules
 in rostra escenderunt, et contione advocata cum sol-
 lemne carmen precatationis, quod praefari, priusquam
 populum adloquantur, magistratus solent, peregisset
 2 consul, ita coepit. "Nulli umquam contioni, Quirites,
 tam non ³ solum apta sed etiam necessaria haec
 sollemnis deorum comprecatio fuit, quae vos admo-
 neret hos esse deos, quos colere venerari precarique
 3 maiores vestri instituissent, non illos, qui pravis et
 externis religionibus captas mentes velut furialibus
 stimulis ad omne scelus et ad omnem libidinem
 4 agerent. Equidem nec quid taceam nec quatenus

¹ viderent *Gronovius* : uidere ζ .

² *uls cis Heusinger* : uti *cis et similia* ζ .

³ tam non ζ : non *M*.

¹ They were minor magistrates charged with assisting in the maintenance of order.

² It is not known whether these two boards of five, one operating on the left bank (*cis*) of the river, the other on the right bank (*uls*), were regular magistrates or posses of civilians, organized in case of emergency. The form of the title, especially the ante-classical *uls* (standing for *ultra* much as *cis* is used for *citra*), suggests an early origin.

was decreed that an inquiry should be conducted B.C. 186 regarding those persons who had come together or conspired for the commission of any immorality or crime. Such was the decree of the senate. The consuls ordered the curule aediles to search out all the priests of this cult and to keep them under surveillance, in free custody for the investigation; the plebeian aediles were to see to it that no celebration of the rites should be held in secret. The task was entrusted to the *triumviri capitales*¹ of placing guards through the City, of seeing that no night meetings were held, and of making provision against fire; as assistants to the *triumviri*, the *quinqueviri uls cis Tiberim*² were to stand guard each over the buildings of his own district.

XV. When the magistrates had been dispatched to these posts, the consuls mounted the Rostra and called an informal meeting³ of the people, and, when the consul had finished the regular formula of prayer which magistrates are accustomed to pronounce before they address the people, he thus began: "Never for any assembly, citizens, has this formal prayer to the gods been not only so suitable but even so necessary, a prayer which reminds us that these are the gods whom our forefathers had appointed to be worshipped, to be venerated, to receive our prayers, not those gods who would drive our enthralled minds with vile and alien rites, as by the scourges of the Furies, to every crime and every lust. For my part, I do not discover what I should refrain from telling or how far I should speak out. If you

³ Cf. XXXI. vii. 1 and the note. This meeting was called simply to hear the news about the conspiracy and the measures taken to suppress it.

proloquar invenio. Si aliquid ignorabitis, ne locum
 negligentiae dem, si omnia nudavero, ne nimium
 5 terroris offundam vobis vereor. Quidquid dixerō,
 minus quam pro atrocitate et magnitudine rei dictum
 scitote esse: ut ad cavendum satis sit, dabitur opera
 6 a nobis. Bacchanalia tota iam pridem Italia et nunc
 per urbem etiam multis locis esse, non fama solum
 accepisse vos sed crepitibus etiam ululatibusque noc-
 turnis, qui personant tota urbe, certum habeo,
 7 ceterum quae ea res sit, ignorare: alios deorum
 aliquem cultum, alios concessum ludum et lasciviam
 credere esse, et, quaecumque sit, ad paucos pertinere.
 8 Quod ad multitudinem eorum attinet, si dixerō multa
 milia hominum esse, ilico necesse est exterreamini,
 9 nisi adiunxero qui qualesque sint. Primum igitur
 mulierum magna pars est, et is fons mali huiusce
 fuit; deinde simillimi feminis mares, stuprati et
 constupratores, fanatici, vigiliis,¹ vino, strepitibus
 10 clamoribusque nocturnis attoniti. Nullas adhuc vires
 coniuratio, ceterum incrementum ingens virium ha-
 11 bet, quod in dies plures fiunt. Maiores vestri ne vos
 quidem, nisi cum aut vexillo in arce posito comi-
 tiorum causa exercitus eductus² esset, aut plebi
 concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magis-
 tratibus ad contionem vocasset, forte temere coire
 voluerunt; et ubicumque multitudo esset, ibi et

¹ vigiliis *Crévier*: uigiles 5.

² eductus *Gruter*: edictus 5.

¹ For the military character of the *comitia centuriata*, of which the speaker is thinking, cf. XXXI. v. 9 and the note.

² In the *concilium plebis*; Livy generally seems not to distinguish between this and the *comitia tributa*, but the problem is too complicated for discussion here.

are left ignorant of anything, I fear that I shall leave room for carelessness; if I lay bare everything, that I shall scatter abroad an excess of terror. Whatever I shall have said, be sure that my words are less than the dreadfulness and the gravity of the situation: to take sufficient precautions will be our task. As to the Bacchanalia, I am assured that you have learned that they have long been celebrated all over Italy and now even within the City in many places, and that you have learned this not only from rumour but also from their din and cries at night, which echo throughout the City, but I feel sure that you do not know what this thing is: some believe that it is a form of worship of the gods, others that it is an allowable play and pastime, and, whatever it is, that it concerns only a few. As regards their number, if I shall say that there are many thousands of them, it cannot but be that you are terrified, unless I shall at once add to that who and of what sort they are. First, then, a great part of them are women, and they are the source of this mischief; then there are men very like the women, debauched and debauchers, fanatical, with senses dulled by wakefulness, wine, noise and shouts at night. The conspiracy thus far has no strength, but it has an immense source of strength in that they grow more numerous day by day. Your ancestors did not wish that even you should assemble casually and without reason, except when the standard was displayed on the citadel and the army was assembled for an election,¹ or the tribunes had announced a meeting of the plebeians,² or some of the magistrates had called you to an informal gathering; and wherever there was a crowd collected they thought that there should also be a

legitimum rectorem multitudinis censebant esse de-
 12 bere. Quales primum nocturnos coetus, deinde pro-
 13 miscuos mulierum ac virorum esse creditis? Si qui-
 bus aetatibus initientur mares sciatis, non misereat
 vos eorum solum, sed etiam pudeat. Hoc sacra-
 mento initiatos iuvenes milites faciendos censetis,
 14 Quirites? His¹ ex obsceno sacrario eductis arma
 committenda? Hi cooperti stupris suis alienisque
 pro pudicitia coniugum ac liberorum vestrorum ferro
 decernent?

XVI. "Minus tamen esset si flagitiis tantum
 effeminati forent—ipsorum id magna ex parte
 dedecus erat—a facinoribus manus, mentem a
 2 fraudibus abstinuissent: numquam tantum malum
 in re publica fuit, nec ad plures nec ad plura per-
 tinens. Quidquid his annis libidine, quidquid fraude,
 quidquid scelere peccatum est, ex illo uno sacrario
 3 scitote ortum esse. Necdum² omnia in quae coniu-
 rarunt edita facinora habent. Adhuc privatis noxiis,
 quia nondum ad rem publicam³ opprimendam satis
 virium est, coniuratio sese impia tenet. Crescit et
 serpit cotidie malum. Iam maius est quam ut⁴
 4 capere id privata fortuna possit: ad summam rem
 publicam spectat. Nisi praecavetis, Quirites, iam
 huic diurnae, legitime ab consule vocatae, par
 nocturna contio esse poterit. Nunc illi vos singuli
 universos contionantes timent: iam ubi vos dilapsi
 domos et in rura vestra eritis, illi coierint, consulta-

¹ his *edd. vett.* : iis ζ .

² necdum *ed. Frobeniana* 1535 : nec ζ .

³ rem publicam ζ : po. romanum (*sic*) *M.*

⁴ quam ut *Gelenius* : quam ζ .

¹ One thinks of the caustic remarks of Cato on the participa-
 tion of women in public affairs (XXXIV. ii.-iv. *passim*).

legal leader of the crowd. Of what sort do you think are, first, gatherings held by night, second, meetings of men and women in common? ^{B.C. 186} 1 If you knew at what ages males were initiated, you would feel not only pity for them but also shame. Do you think, citizens, that youths initiated by this oath should be made soldiers? That arms should be entrusted to men mustered from this foul shrine? Will men covered with the signs of their own debauchery and that of others fight to the death on behalf of the chastity of your wives and children?

XVI. “ Yet it would be less serious if their wrongdoing had merely made them effeminate—that was in great measure their personal dishonour—and if they had kept their hands from crime and their thoughts from evil designs: never has there been so much evil in the state nor affecting so many people in so many ways. Whatever villainy there has been in recent years due to lust, whatever to fraud, whatever to crime, I tell you, has arisen from this one cult. Not yet have they revealed all the crimes to which they have conspired. Their impious compact still limits itself to private crimes, since as yet it does not have strength enough to crush the state. Daily the evil grows and creeps abroad. It is already too great to be purely a private matter: its objective is the control of the state. Unless you are on guard betimes, citizens, as we hold this meeting in the day-time, summoned by a consul, in accordance with law, so there can be one held at night. Now, as single individuals, they stand in fear of you, gathered here all together in this assembly: presently, when you have scattered to your homes and farms, they will have come together and they will take measures

bunt de sua salute simul ac vestra pernicie: tum
 5 singulis vobis universi timendi erunt. Optare igitur
 unusquisque vestrum debet ut bona mens suis
 omnibus fuerit. Si quem libido, si furor in illum
 gurgitem abripuit, illorum eum, cum quibus in omne
 flagitium et facinus coniuravit, non suum iudicet esse.
 6 Ne quis etiam errore labatur vestrum, Quirites,¹
 non sum securus. Nihil enim in speciem fallacius
 7 est quam prava religio. Ubi deorum numen prae-
 tenditur sceleribus, subit animum timor, ne fraudibus
 humanis vindicandis divini iuris aliquid immixtum
 violemus. Hac vos religione innumerabilia decreta
 pontificum, senatus consulta, haruspicum denique
 8 responsa liberant. Quotiens hoc patrum avorumque
 aetate negotium est magistratibus datum uti sacra
 externa fieri vetarent, sacrificulos vatesque foro circo
 urbe prohiberent, vaticinos² libros conquirent
 comburerentque, omnem disciplinam sacrificandi
 9 praeterquam more Romano abolerent. Iudicabant
 enim prudentissimi viri omnis divini humanique iuris
 nihil aequae dissolvendae religionis esse, quam ubi
 10 non patrio sed externo ritu sacrificaretur. Haec
 vobis praedicenda ratus sum, ne qua superstitio
 agigaret animos vestros, cum demolientes nos
 Bacchanalia discutientesque nefarios coetus cer-

¹ Quirites *Weissenborn*: quidem et quod 7.

² vaticinos *ed. Frobeniana* 1531: uaticinios *M*: etacinios
et al. 7.

for their own safety and at the same time for your destruction: then you, as isolated individuals, will have to fear them as a united body. Therefore each one of you should hope that all your friends have been endowed with sound minds. If lust, if madness has carried off anyone into that whirlpool, let each consider that such a person belongs, not to himself, but to those with whom he has conspired to every wickedness and wrong. I am not free of anxiety lest some even of you, citizens, may go astray through error. Nothing is more deceptive in appearance than a false religion. When the authority of the gods is put forward as a defence for crime, there steals upon the mind a fear lest in punishing human misdeeds we may violate something of divine law which became mixed up with them. From this scruple innumerable edicts of the pontiffs, decrees of the senate, and finally responses of the *haruspices* free you. How often, in the times of our fathers and our grandfathers, has the task been assigned to the magistrates of forbidding the introduction of foreign cults, of excluding dabblers in sacrifices and fortune-tellers from the Forum, the Circus, and the City, of searching out and burning books of prophecies, and of annulling every system of sacrifice except that performed in the Roman way. For men wisest in all divine and human law used to judge that nothing was so potent in destroying religion as where sacrifices were performed, not by native, but by foreign, ritual. I have thought that this warning should be given you, that no religious fear may disturb your minds when you see us suppressing the Bacchanalia and breaking up these nightly meetings. All these things, if the

c. 11 neretis. Omnia diis propitiis volentibusque fa-
 8 ciemus;¹ qui quia suum numen sceleribus libidi-
 nibusque contaminari indigne ferebant, ex occultis
 ea tenebris in lucem extraxerunt, nec pateferi, ut
 impunita essent, sed ut vindicarentur et oppri-
 12 merentur, voluerunt. Senatus quaestionem extra
 ordinem de ea re mihi collegaeque meo mandavit.
 Nos quae ipsis nobis agenda sunt impigre exse-
 quemur; vigiliarum nocturnarum curam per urbem
 13 minoribus magistratibus mandavimus. Vos quoque
 aequum est, quae vestra munia sunt, quo quisque
 loco positus erit, quod imperabitur, impigre praestare,
 et dare operam, ne quid fraude noxiorum periculi aut
 tumultus oriatur.”

XVII. Recitari deinde senatus consulta iusserunt
 indicique praemium proposuerunt si quis quem ad
 2 se deduxisset nomenve absentis detulisset. Qui
 nominatus profugisset, diem certam se finituros, ad
 quam nisi citatus respondisset, absens damnaretur.
 Si quis eorum, qui tum extra terram Italiam essent,
 nominaretur, ei laxiorem diem daturus, si venire ad
 3 causam dicendam vellet. Edixerunt deinde ne quis
 quid fugae causa vendidisse neve emisse vellet; ne
 quis reciperet celaret ope ulla iuvaret fugientes.
 4 Contione dimissa terror magnus urbe tota fuit, nec
 moenibus se tantum urbis aut finibus Romanis con-

¹ faciemus *Bauer* : ea faciemus 5.

gods are favourable and willing, we shall do; they, B.C. 186 because they were indignant that their own divinity was being polluted by acts of crime and lust, have dragged these matters from darkness into the light, nor have they willed that they should be discovered in order that they might be unpunished, but that they might be coerced and suppressed. The senate has entrusted the investigation of this affair, by extraordinary assignment, to my colleague and myself. We shall zealously carry through what has to be done by ourselves; the responsibility of keeping watch through the City we have entrusted to the minor magistrates. For you too it is proper, whatever duties are assigned you, in whatever place each one is posted, to obey zealously and to see to it that no danger or confusion may arise from the treachery of criminals."

XVII. Then they ordered the decrees of the senate to be read and announced the reward to be paid the informer if anyone had brought any person before them or had reported the name of anyone who was absent. If anyone was named and had escaped, for him they would designate a fixed day, and, if he did not respond when summoned on that day, he would be condemned in his absence. If anyone was named of those who were at that time outside the land of Italy, they would fix a more elastic date if he wished to come to plead his cause. They next proclaimed that no one should venture to sell or buy anything for the purpose of flight; that no one should harbour, conceal, or in any wise aid the fugitives.

When the meeting was dismissed there was great panic in the whole City, nor was this confined only to the walls or the boundaries of Rome; but gradually

tinuit, sed passim per totam Italiam, litteris hospitum de senatus consulto et contione et edicto
 5 consulum acceptis, trepidari coeptum est. Multi ea nocte, quae diem insecuta est quo in contione res palam facta est, custodiis circa portas positis fugientes a triumviris comprehensi et reducti sunt: multorum delata nomina. Quidam ex iis viri feminaeque
 6 mortem sibi consciverunt. Coniurasse supra septem milia virorum ac mulierum dicebantur. Capita autem coniurationis constabat esse M. et C. Atinios¹ de plebe Romana et Faliscum L. Opicernium et Minium
 7 Cerrinium Campanum: ab his omnia facinora et flagitia orta, eos maximos sacerdotes conditoresque eius sacri esse. Data opera, ut primo quoque tempore comprehenderentur. Adducti ad consules fassique de se nullam moram indicio fecerunt.

XVIII. Ceterum tanta fuga ex urbe facta erat ut, quia multis actiones² et res peribant, cogentur praetores T. Maenius et M. Licinius per senatum res in diem tricesimum differre, donec quaestiones a
 2 consulibus perficerentur. Eadem solitudo, quia Romae non respondebant nec inveniebantur, quorum nomina delata erant, coegit consules circa fora
 3 proficisci ibique quaerere et iudicia exercere. Qui tantum initiati erant et ex carmine sacro, praeeunte verba sacerdote, preces fecerant, quibus³

¹ M. et C. Atinios *Sigonius*: m. et l. catinios *M*: m. catinium et similia τ .

² multis actiones *Gelenius*: multae sanctiones τ .

³ quibus *H. J. Mueller*: in quibus τ .

¹ Cases could not be tried because of the absence of one or both parties to suits. The remedy adopted was the proclamation of a *iustitium* for thirty days: this suspended all ordinary public and private business.

through all Italy, as letters were received from their friends concerning the decree of the senate, concerning the assembly and the edict of the consuls, the terror began to spread. Many during the night after the day when the revelation was made in the meeting were caught trying to escape and brought back by the guards whom the *triumviri* had posted at the gates: the names of many were reported. Certain of these, men and women, committed suicide. In the conspiracy, it was said, more than seven thousand men and women were involved. But the heads of the conspiracy, it was clear, were Marcus and Gaius Atinius of the Roman *plebs*, and the Faliscan Lucius Opicernius and the Campanian Minius Cerrinius: they were the source of all wickedness and wrongdoing, the story went, and they were the supreme priests and the founders of the cult. It was seen to that at the first opportunity they were arrested. They were brought before the consuls, confessed, and asked for no delay in standing trial.

XVIII. But so numerous were the persons who had fled from the City that, since in many instances legal proceedings and causes were falling through,¹ the praetors Titus Maenius and Marcus Licinius were compelled, through the intervention of the senate, to adjourn court for thirty days, until the investigations should be finished by the consuls. The same depopulation, because at Rome men whose names had been given in did not respond or were not found, compelled the consuls to make the rounds of the villages and there investigate and conduct trials. Those who had merely been initiated and had made their prayers in accordance with the ritual formula,

c. nefanda coniuratio in omne facinus ac libidinem
 8 continebatur, nec earum rerum ullam,¹ in quas
 iureiurando obligati erant, in se aut alios admiserant,
 4 eos in vinculis relinquebant; qui stupris aut caedibus
 violati erant, qui falsis testimoniis, signis adulterinis,
 subiectione testamentorum, fraudibus aliis con-
 5 taminati, eos capitali poena adficiabant. Plures
 necati quam in vincula coniecti sunt. Magna vis in
 6 utraque causa virorum mulierumque fuit. Mulieres
 damnatas cognatis, aut in quorum manu essent,
 tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas:
 si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico
 7 animadvertebatur. Datum deinde consulibus nego-
 tium est ut omnia Bacchanalia Romae primum, deinde
 per totam Italiam diruerent, extra quam si qua ibi
 8 vetusta ara aut signum consecratum esset. In
 reliquum deinde senatus consulto cautum est ne
 qua Bacchanalia Romae neve in Italia essent. Si
 quis tale sacrum sollemne et necessarium duceret,²
 nec sine religione et piaculo se id ommittere³ posse,
 apud praetorem urbanum profiteretur, praetor
 9 senatum consuleret. Si ei permissum esset, cum in
 senatu centum non minus essent, ita id sacrum
 faceret, dum ne plus quinque sacrificio interessent,

¹ ullam τ : ulla res *M*.

² duceret *ed. Parisina* 1513 : duceret et τ .

³ id ommittere *Gelenius* : id dimittere *M* : dimittere τ .

¹ Such punishments were inflicted by virtue of *patria potestas*.

² Their antiquity was their guarantee that they antedated

the priest dictating the words, in which the wicked conspiracy to all vice and lust was contained, but had committed none of the acts to which they were bound by the oath against either themselves or others, they left in chains; upon those who had permitted themselves to be defiled by debauchery or murder, who had polluted themselves by false testimony, forged seals, substitution of wills or other frauds, they inflicted capital punishment. More were killed than were thrown into prison. There was a large number of men and women in both classes. Convicted women were turned over to their relatives or to those who had authority over them, that they might be punished in private:¹ if there was no suitable person to exact it, the penalty was inflicted by the state. Then the task was entrusted to the consuls of destroying all forms of Bacchic worship, first at Rome and then throughout Italy, except in cases where an ancient altar or image had been consecrated.² For the future it was then provided by decree of the senate that there should be no Bacchanalia in Rome or Italy. If any person considered such worship to be ordained by tradition or to be necessary, and believed that he could not omit it without sin and atonement, he was to make a declaration before the city praetor, and the latter would consult the senate. If permission were granted to him, at a meeting where not fewer than one hundred were in attendance, he should offer the sacrifice, provided that not more than five people should take part in the rite, and that there the abuse of the Bacchus worship and were free from its bad features. In any case the Romans were inclined to respect venerable age.

neu qua pecunia communis neu quis magister sacrorum aut sacerdos esset.

XIX. Aliud deinde huic coniunctum referente Q. Marcio consule senatus consultum factum est, ut de iis quos pro indicibus consules habuissent integra res ad senatum referretur, cum Sp. Postumius
2 quaestionibus perfectis Romam redisset. Minium Cerrinium Campanum Ardeam in vincula mittendum censuerunt, magistratibusque Ardeatium praedicendum ut intentiore eum custodia adservarent, non solum ne effugeret, sed ne mortis consciscendae
3 locum haberet. Sp. Postumius aliquanto post Romam venit: eo referente de P. Aebutii et Hispalae Faeceniae praemio, quod eorum opera indicata
4 Bacchanalia essent, senatus consultum factum est, uti singulis his centena milia aeris quaestores urbani ex aerario darent; utique consul cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo quoque tempore ferrent, ut P. Aebutio emerita stipendia essent, ne invitus

¹ The last clauses prevent a definite organization of the cult. The decree, however, legalizes traditional rites in honour of Bacchus and necessary individual acts of worship.

We are fortunate in possessing an inscription (CIL. I. 196), containing, in the form of a letter addressed to the Teurani, a federated state of Bruttium, the substance of the senate's decisions (the celebrated *Senatus Consultum de Bacchanalibus*). In general the statements of Livy agree with the inscription, although the evidence of language gives no indication that Livy saw the inscription.

² The ultimate fate of Cerrinius is not recorded.

should be no common purse or master of sacrifices or priest.¹ B.C. 186

XIX. Then another decree of the senate, allied to this, was passed on the motion of the consul Quintus Marcius, that the entire question of those whose services as informers the consuls had enjoyed should be referred to the senate when Spurius Postumius should have returned to Rome after completing the investigations. Minius Cerrinius the Campanian they voted should be sent to Ardea for imprisonment, advance notice being given to the magistrates of the Ardeans that they should keep especially close guard over him, not only to prevent his escape but also to allow him no opportunity to commit suicide.² Spurius Postumius returned to Rome a considerable time later: on his motion with reference to the rewards for Publius Aebutius and Hispala Faecenia, because it was through their information that the Bacchanalia had been discovered, a decree of the senate was passed that to each of them one hundred thousand *asses*³ should be paid by the city quaestors out of the treasury; and that the consuls should take up with the tribunes of the people the matter of their presenting to the assembly at the earliest possible moment proposals that Publius Aebutius should be rated as having performed his military service,⁴ that he should not serve in the

³ This was the sum required for assignment to the first census-class.

⁴ The proposal to exempt Aebutius from his military obligations is genuine, so far as one can see, but nevertheless odd at this period, when military service was still a recognized part of the citizen's duty. It cannot be determined whether the exemption carried with it immediate eligibility to office, since Aebutius had no political ambitions.

militaret neve censor ei invito¹ equum publicum
 5 assignaret; utique Faeceniae Hispalae datio, de-
 minutio, gentis enuptio, tutoris optio item esset,
 quasi ei vir testamento dedisset; utique ei ingenuo
 nubere liceret, neu quid ei qui eam duxisset ob id
 6 fraudi ignominiaeve esset; utique consules prae-
 toresque, qui nunc essent quive postea futuri essent,
 curarent ne quid ei mulieri iniuriae fieret, utique
 tuto esset. Id senatum velle et aequum censere ut
 7 ita fieret. Ea omnia lata ad plebem factaque sunt
 ex senatus consulto; de ceterorum indicum impu-
 nitate praemiisque consulibus permissum est.

XX. Et iam² Q. Marcius quaestionibus suae regionis
 perfectis in Ligures provinciam proficisci parabat,
 tribus milibus peditum Romanorum, centum quinquaginta
 equitibus, et quinque milibus Latini nominis
 peditum, ducentis equitibus in supplementum
 2 acceptis. Eadem provincia, idem numerus peditum

¹ censor ei invito *Mommsen*: censor licinius *M*: censores ζ .

² et iam ζ : ita *M*.

¹ The assignment of an *equus publicus* (cf. xlii. 6 and xliv. 1 below and the notes) would make Aebutius liable to service and so cancel the exemption just granted. Service as a volunteer would be performed in the capacity of an *equus equo publico*.

² The interests of a *patronus* in the property of his *libertus* were well protected by Roman law. Although the *patronus* of Faecenia was dead his interests survived, descending in this case to his *gens*, and the senate therefore bestows upon her the right to give away or otherwise alienate her property irrespective of gentile rights (*datio* may be synonymous with *alienatio*, the term employed by later jurists). The proposal of some scholars to understand *capitis* with *deminutio*, which would grant her the right to accept inferior civic status, seems to be self-contradictory. But it is not certain that Livy understood what he wrote.

army except by his own act, that the censor should not assign him a public horse without his consent;¹ that Hispala Faecenia should have the rights of bestowing and alienating property,² of marriage outside her *gens*,³ and choice of a *tutor* just as if her husband had given it to her by his will;⁴ that she should be permitted to marry a man of free birth, nor should any fraud or disgrace on this account attach to a man who should have married her; that the consuls and praetors who were at this time in office and those who should follow them should have a care that no injury should be done to this woman and that she should be secure. The senate, they were to say, wished and judged it proper that this should be done. All these motions were presented to the assembly and passed in accordance with the decree of the senate; with respect to the impunity and rewards of the rest of the informers discretion was left to the consuls.

XX. And by this time Quintus Marcius, having completed the investigation in his district, was preparing to set out against the Ligurians, who composed his province, having received three thousand Roman infantry and one hundred and fifty cavalry and five thousand infantry and two hundred cavalry of the allies of the Latin confederacy as reinforcements. The same province and the same numbers

³ The conditions surrounding *gentis enuptio* are only vaguely known. It is clear, however, that Faecenia is to have the maximum of privilege allowed to women.

⁴ A wife *in manu* might be granted this privilege by her husband's will. By the bestowal of these four rights Faecenia acquired a legal status at least not inferior to that of free women generally.